



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Vitæ & Beatudinis æternæ vmbratilis descriptio, ad inflammandum ægroti
animum. xxxi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](#)

mur: & persequientia nos peccata sacramēto Baptisma-
is, nobis euadentibus, obrūuntur. Et quandiu in spe su-
mū eius promissionis quam non videmus, tanquam per
deserta ducimur, consolante nos in sanctis Scripturis
Verbo Dei: sicut illos Manna de calo. Et eodem ipso du-
ce in Hierusalem cœlestem, tanquam in terram pro-
missionis, introduci nos posse præsumimus: & in aeternum
ibi regnante ipso & custodiente seruari.

Vitæ & Beatitudinis aeternæ vmbra tis descriptio:
ad inflammandum ægroti animum.

EST autem Vita & Beatitudo aeterna, fruitio Sum- CAPUT
mi Boni, videlicet ipsius Dei, uberrimi fontis &
thesauri omnium bonorum: in qua omnes p̄i homines,
qui in vera & viua fide & inuocatione filij Dei ex hac
vita decesserunt, resuscitati ex mortuis, & penitus ab
omni malo liberati, castorum Angelorum ac totius Ec-
clesiae cœlestis collegio coniuncti, Deum Patrem, & Filium,
& Spiritum sanctum, non iam per speculum & in ani-
gnate, sed facie ad faciem intuebuntur: & expertes om-
nium calamitatum, erumnarum, morborum, laborum
& dolorum, lati vincent: & ineffabili gaudio Deum in
omni aeternitate celebrabunt. Mundus hic nihil est a-
liud, quam vallis lachrymarum: & tota hac mor-
talis hominum vita plena omni genere miseriaram:
sed has omnes absterget in futura vita ac poen-
itus tolleret filius Dei, absorbens mortem in victoria:
& auferens opprobrium populi sui de uniuersa terra.
Intanta felicitate iusti in perpetuum vincent: accep-
to iam Regno decoris, & Diadematæ speciei de ma-
nu Domini. De quo Apostolus Paulus: Per multas,
inquit, tribulationes oportet nos intrare in Regnum
Dei: cuius heredes filii excelsi omnes, procul ab omni-
con-

1. Cor. 13.
Apoc. 7. 22.

Psal. 83.

1. Cor. 15,
Esa. 25.
Sap. 5.
Act. 14.

Psal. 84.

140 CVR MORS FORMIDABILIS. CAUSA VI.

contagione peccati, & ab omni Demonum impugnatione
securi, nullum ultra timebunt malum: etenim dextera
sua Dominus reget eos, & in brachio sancto suo defen-
det illos.

Iob 5.
Sap. 5.

Psalms 83.

4 Esdr. 7.

Esa. 31.

Ezech. 34.

Psalms. 26.

Esa. 64.

1. Cor. 2.

Psalms. 64.

Psalms. 35.

Apoc. 21.

Hoc Regnum celeste, Tabernacula sunt & atria, de
quibus Psalmista canit: Quam dilecta tabernacula
tua Domine virtutum: concupiscit & deficit anima
mea in atria Domini. Corpus & caro mea exulta-
uerunt in Deum viuum. Beati qui habitat in domo tua
Domine: in secula seculorum laudabunt te. Quia melior
est dies una in atris tuis super millia. Hac Taberna-
cula sanitatis & securitatis: & Paradisus, cuius fructus
incorruptus perseverat: in quo est securitas & medela.
De iudee in Esaia dicit Dominus: Sedebit populus meu
in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducie, in requie
opulenta. Hoc pascua illa uberrima: Pascua pinguis,
montium excelsorum Israël: in quibus requiescat Chri-
sti onicula in herbis virentibus, &c.

Hoc regnum, Terra est illa videntium: in qua cre-
dimus nos visuros tot ac tanta Bona Domini, expectan-
bus & diligentibus ipsum preparata, qua nec oculus vidit,
nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit: quorum non
modo replebimus ubertate, sed & inebriabimus plane,
sicut scriptum est: Filii hominum in tegmine alarum
tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab ubertate domus
tue, & torrente voluptatis tue potabit eos. Quoniam
apud te est fons vita, & in lumine tuo videbimus lumen.

Hoc, Cinitas sancta Hierusalem: de qua S. Ioannes
in Apocalypsi sic loquitur: Plateæ cinitatis aurum mun-
dum, tanquam vitrum perlucidum. Et templum non
vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum
illius est, & Agnus. Et Cinitas non eget sole neque luna,
ut luceant in ea: nam claritas Dei illuminabit eam: &
lucet.

In cœna eius est Agnus. Ac rursum: Et nox ultra non Apoc. 22.
erit, & non egebunt lumine lucerne, neque lumine solis,
quoniam Dominus Deus illuminabit illos: & regnabunt
in secula seculorum.

De hac sancta Cœnitate propheta Esaias dicit: & sa- Esa. 25.
ciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc
conuum pinguium, conuum vindemie: pinguium me-
dullatorum, vindemie defecata. Per montem hunc
intellige montem Sion: id est, caelestem Hierosolymam,
in qua exhibebit Dominus omnibus in uniuersum fide-
libus electis conuiuum exquisitissimum & delicatissi-
mum: cuius laetitia in iis rebus sita erunt, in quibus
vita eterna: nepe non in cibo aut potu, sed in fruitione
summi boni, quod Deus ipse est: quo beati illi, in ater-
na illa Hierusalem, sempiterno aeo fruuntur. Vnde
regius ille Prophetæ David canit: Satabor, cum ap- Psal. 16.
paruerit gloria tua. Item: Adimplebis me laetitia cum Psalm. 15.
vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem.
Nimirum hoc est Conuiuum illud, ad quod Angelus
in Apocalypsi nos invitat dicens: Venite & congrega- Apoc. 19.
mini ad cœnam magnam Dei.

O gloriosum conuiuum: o sedes illas celestes, ater-
næ, domicilia: in quibus beatorum mentes diuinis ob-
lectationibus replete, caelestium bonorum copia redun-
dant. Et coronis adornati, celebresque cantantibus
Angelis regio throno assident, quicunque hic bona fecer-
runt: quicunque digni fuerunt reperti aeterna vita. Quodq[ue]
omnium est maximum, continua fruentur conuersatione
cum Christo, una cum Angelis, cum Archangelis, cum
superioribus Potestatibus. Etenim Conuentus est illic,
non hominū solum, sed eorum qui homines antecellent,
Angelorum, Archangelorum, Thronorum, Domina-
tionum, Principatum, Potestarum: qui exuperat omne
preium.

Chrys. epist.
§. de repar.
lap. 6.

142 CVR MORS FORMIDABILIS. CAUSA III.

premium auri, lapidum pretiosorum, radiorum solis, & omnis visibilis forme. De Rege ipso nihil satis idoneum dici potest: adeo sermonem & mentem omnem excedit eius pulchritudo, formositas, splendor, gloria, maiestas magnificentia. Petrus dixit: Bonum est hic nos esse. Si Petrus, qui vidit obscuram quandam in monte imaginem futurorum, omnia continuo retegit ab animo propter voluptatem inditam animae a tali aspectu: quid dicemus, quando rerum veritas aderit: quando regis cubiculis adaptatis contueri licebit ipsum Regem, non per enigma, nec per speculum, sed facie ad faciem?

Matth. 17.
Luc. 9.

1. Cor. 13.

Psalm. 45.
Psalm. 35.
Psalm. 22.
Apoc. 14.
Apoc. 7.

August. de
Ciuit. Dei.
lib. 2. c. 39.

O gloria Cœnas Dei, quam latifidat fluminis impetus, voluptatis torrens, calix inebrians quam præclarus: in qua cum Christo gaudent Sancti Dei, amicti stolis, sequentes Agnum quoque ierit. Et cantant Domino, cum S. Angelis: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum & Agno, Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro, in secula seculorum Amen. Quo canto in gloria Gratiae Christi, cuius sanguine liberati sumus, nihil erit profecto illi incundius cinitati.

De eadem Vita & Beatitudine æterna, D. Cypriani Episcopi & Martyris sententia.

CAPUT
xxxii.
Serm. de Af-
fensione
Domini.

Exultabunt sancti in gloria: videbunt Deum, & gaudebunt, latibuntur, & delectabuntur, & fruentur gloria: & in felicitate incundabuntur æterna. Ibi non stabunt, quia suavis est Deus, sed implebuntur & satiabuntur dulcedine mirifica: nihil eis deerit, nihil observit: omne desiderium eorum Christus præsens implebit. Non senescent, non tabescunt, non putreficiantur amplius: perpetua sanitas, felix æternitas, beatitudinis illis sufficientia confirmabunt. Non erit concupiscentia in membris: non

vlla